ſperas ꝛ ꝯple. vt ſupra. Benedicamꝰ do
mino Deo g. Notandū ē ꝙ aduentus
dn̄i ſēp icipit i dn̄ica ꝓximiori feſto ſācti
andree ſiue ſit ante ſiue poſt. Verūtū ſi
accidat ꝙ feſtū ſancti andree cadat i dn̄i-
ca etiā ibi i eadē dn̄ica debemꝰ icipere ad
uētū dn̄i Et qn̄ feſtū bt̄i ādree ē in die io-
uis veneris vel ſabbati aduētus dn̄i erit
in dn̄ica ſequēti Quando vo ē in die lune
martis vel mercurii aduētus dn̄i icipit
dn̄ica ꝓcedēti. Et hec ſufficiat. Ulte-
rius notandum ē ꝙ a vigilia natiuitatis
dn̄i vſqꝫ ad purificationeꝫ bt̄ē marie erit
officiū ſicut ante aduētū. excepto ꝙ per
oēs horas dr̄ hec oro! Deus qui ſalutis
etne. Additis orōnibꝰ de apl̄is cū aliis
ꝛ cū ſuis ꝟſiculis ꝫ a ſīis. ſicut notatū ē āte
aduētū i officio. Et nota quod nihil mu-
tat i matutinis: ꝛ dicūtur oīa ad longuꝫ
ſicut ſunt notata. Item ad laudes ꝛ per
oēs horas diei ꝛ ad veſpas ꝛ ad ꝯpleto.
dr̄r aīe ꝗſequuntur qꝛ loco illiꝰ aīe Aſ-
ſumpta ē dr̄ hec ā. O admirabile ꝯmerci-
um creator generis humani aīatū cor-
pus ſumēs de virgine naſci dignatus eſt



Et apparuit in
celo mulier ami



cta ſole: et luna
ſub pedibus eius
ꝛ drac. Apocalip
ſis duodecimo.



et procedens homo ſine ſemine largitus
eſt nobis ſuam deitatem. ps. Dominus
regnauit. an. Quando natus es ineffabi=
liter ex virgine tunc implete ſunt ſcriptu=
re ſicut pluuia in vellus deſcēdiſti vt ſal
uum faceres genus humanum te lauda=
mus deus noſter. ps. Jubilate deo. an.
Rubum quem viderat moyſes incombu
ſtum conſeruatam agnouimus tuam lau
dabilem virginitatem dei genitrix inter
cede pro nobis. ps. Deus deus meus.
an. Germinauit radix ieſſe orta eſt ſtella
ex iacob virgo peperit ſaluatorē te lau=
damus deus noſter. ps. Benedicite om=
nia opera. an. Ecce maria genuit nobis
ſaluatorem quem iohannes videns ex=
clamauit dicens: ecce agnus dei ecce qui
tollit peccata mundi alleluya. ps. Lau=
date dominum de celis. Ad benedict⁹
an. Mirabile miſterium declaratur ho=
die innouantur nature deus homo fact⁹
eſt id quod fuit permanſit ⁊ quod nō erat
aſſumpſit non commixtionem paſſus ne=
diuiſionem. Ad magnificat ⁊ ad Nunc
dimittis. an. Magnum hereditatis my=
ſterium templum dei factus eſt vter⁹ ne=
ſciens virum non eſt pollutus ex ea car=
nem aſſumens omnes gentes venient di
centes gloria tibi domine. ¶ Sciēduꝫ

eſt ꝙ a vigilia paſche vſq; ad aſcentione domini ſit officium beate marie ſicut ante aduentum domini excepto ꝙ ad Benedictus ⁊ ad Magnificat dicitur hec Antiphona. Regina celi letare alleluya. Quia quem meruiſti portare alleluya. Reſurrexit ſicut dixit alleluya. Ora pro nobis deum alleluya.





Sequuntur ſeptem pſalmi penitentiales. a̅. Ne reminiſcaris. Pſalmus.







DOmine ne in furore tuos arguas
me: neqꝫ in ira tua corripias me
Miſerere mei domine quoniam infirmꝰ
ſum: ſana me domine qm̄ conturbata ſūt
oſſa mea Et anima mea turbata ē valde
ſed tu domine vſqꝫquo Conuerte do=
mine ⁊ eripe animā meam ſaluum me fac
propter miſericordiam tuam Quoniam
non eſt in morte qui memor ſit tui in īfer
no autem quis confitebitur tibi. Labo
raui in gemitu meo lauabo per ſingulas
noctes lectum meuꝫ lachrimis meis ſtra
tum meū rigabo Turbatus ē a furore o=
lum meus inueteraui inter oēs inimicos
meos. Diſcedite a me omnes qui ope
ramini iniquitatem quoniam exaudiuit
dominus vocem fletus mei Exaudiuit
dominus deprecationē meam: dominus
orationem meam ſuſcepit Erubeſcant ⁊
conturbentur vehementer omnes inimi
ci mei conuertantur ⁊ erubeſcant valde
velociter Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpūi ſan=
cto Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſem=
per ⁊ in ſecula ſeculoꝝ amē Ps.
BEati quorum remiſſe ſunt iniquita
tes ⁊ quorum tecta ſunt peccata
Beatus vir cui non ĩputauit dn̄s pctm̄:
nec eſt in ſpū eius dolus Quoniaꝫ tacui
inueterauerunt oſſa mea dum clamarem











tota die Quoniam die ac nocte grauata
eſt ſuper me manus tua conuerſus ſuꝫ in
erumna mea dum configitur ſpina Deli
ctum meum cognitum tibi feci: ⁊ iniuſti-
ciam meã non abſcondi Dixi confitebor
aduerſum me iniuſticiam meam domino
et tu remiſiſti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in
tempore oportuno Veruntamẽ in dilu-
uio aquaurm multarum ad eum non ap-
proximabunt Tu es refugium meum a
tribulatione q̃ circundedit me exultatio
mea erue me a circũdantibus me Intel
lectum tibi dabo et inſtruaꝫ te in via hac
qua gradieris firmabo ſuper te oculos
meos. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus
quibus non eſt intellectus. In chamo ⁊
freno maxillas eorum conſtringe qui nõ
approximant ad te. Multa flagella pec-
catoris ſperantẽ autem in domino miſe
ricordia circundabit. Letamini in dño
⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes re-
cti corde. Gloria patri et filio et ſpiritui
ſancto Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſẽ
per ⁊ in ſecula ſeculorum amen.

DOmine ne ĩfurore tuo arguas me
neqꝫ in ira tua corripias me Quo
niam ſagitte tue infixe ſunt michi: ⁊ con-
firmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt

ſanitas in carne mea a facie ire tue non ē
pax oſſib⁹ meis a facie peccatorum meo
rum Quoniam iniquitates mee ſup greſ
ſe ſunt caput meū ꝛ ſicut onus graue gra
uate ſunt ſuper me. Putruerunt et cor
rupte ſunt cicatrices mee a facie inſipiē
tie mee. Miſer factus ſum ꝛ curuatus ſuꝫ
vſqꝫ in finē tota die contriſtatus ingredi
ebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt
illuſionibus ꝛ non ē ſanitas in carne mea
Afflictus ſum ꝛ humiliatus ſum nimis:
rugiebā a gemitu cordis mei. Domine
ante te omne deſiderium meum ꝛ gemit⁹
meus ad te non ē abſconditus Cor meū
conturbatum ē dereliquit me virt⁹ mea
ꝛ lumē oculorum meoꝝ ꝛ ipſum nō ē me
cum Amici mei ꝛ proximi mei aduerſuꝫ
me appropinquauerunt ꝛ ſteterunt Et
qui iuxta me erant de longe ſteterunt ꝛ
vim faciebant qui querebant animā meā
Et qui inquirebāt mala michi locuti ſūt
vanitates ꝛ dolos tota die meditabātur
Ego autē tanq̄ ſurdus non audiebam ꝛ
ſicut mutus non aperiēs os ſuum Et fa
ctus ſum ſicut homo non audiēs ꝛ nō ha
bēs in ore ſuo redargutiones. Quoniā
in te domine ſperaui tu exaudies me do
mine deus me⁹ Quia dixi nequando ſu
pergaudeant michi inimici mei ꝛ dū cõmo



Hic incipiūt figure noui teſtamēti ſcꝫ apocalipſis btī iohannis



Et vidi de mare beſtiā aſcendentē habentem capita ſeptem et cornua. ꝛc. Apo. xi



uētur pedes mei ſup me magna locuti ſūt
Quoniam ego in flagella paratus ſuꝫ ⁊
dolor meus in cōſpectu meo ſēp Quoni
am iniquitatē meam annunciabo ⁊ cogi
tabo pro pctō meo. Inimici autem mei
viuunt ⁊ ꝯfirmati ſunt ſup me ⁊ multipli
cati ſunt qui oderunt me iniq̄. Qui retri
buūt mala pro bonis detrahebāt michi:
quoniam ſequebar bonitatē. Ne dereli
quas me domine deus meus ne diſceſſe=
ris a me Intēde in adiutoriū meū domi
ne deus ſalutis mee. Gloria patri.
Miſerere mei deus ſecundū magnā
miſericordiā tuā Et ſecūdū mul=
titudinē miſerationū tuaꝝ dele iniquita
tē meā. Amplius laua me ab iniquitate
mea ⁊ a peccato meo mūda me. Quoniā
iniquitatem meam ego cognoſco ⁊ pctm̄
meū contra me eſt ſemp. Tibi ſoli pecca
ui ⁊ maluꝫ coram te feci vt iuſtificeris in
ſermonibus tuis ⁊ vincas cū iudicaris.
Ecce eni in iniquitatib⁹ conceptus ſuꝫ
⁊ in pctis ꝯcepit me mater mea Ecce eni
veritatem dilexiſti incerta ⁊ occulta ſapi
entie tue manifeſtaſti michi. Aſperges
me domine yſopo ⁊ mundabor lauabis
me ⁊ ſup niueꝫ dealbabor Auditui meo
dabis gaudium ⁊ leticiam ⁊ exultabunt
oſſa humiliata. Auerte faciem tuam a

peccatis meis ⁊ omēs iniquitates meas
dele Coꝛ mundum crea in me deus ⁊ ſpi
ritum rectum innoua in viſceribus meis
Ne proiicias me a facie tua ⁊ ſpm̄ ſctūz
tuū ne auferas a me Redde michi letici
am ſalutaris tui ⁊ ſpiritu principali con
firma me. Docebo iniquos vias tuas ⁊
impii ad te conuertantur Libera me de
ſanguinibus deus deus ſalutis mee ⁊ ex
ultabit lingua mea iuſticiā tuam. Domi
ne labia mea aperies ⁊ os meum annūcia
bit laudē tuā. Qm̄ ſi voluiſſes ſacrifici
um dediſſē vtiqȝ olocauſtis non delecta
beris Sacrificium deo ſpiritus cōtribu
latus coꝛ contritū ⁊ humiliatum deꝰ non
deſpicies Benigne fac dn̄e in bona volū
tate tua ſyō vt edificēt muri hierl'm Tunc
acceptabis ſacrificiū iuſticie ob.ationes
⁊ olocauſta tunc imponēt ſup altare tuū
vitulos Gloria patri.

DOmine exaudi oꝛationē meā ⁊ cla
moꝛ meus ad te veniat Non auer
tas faciē tuam a me in quacunqȝ die tri
buloꝛ inclina ad me aurem tuam In qua
cunqȝ die inuocauero te velociter exau
di me Quia defecerūt ſicut fumus dies
mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremium aruerunt.
Percuſſus ſum vt fenum ⁊ aruit coꝛ me
um quia oblitus ſū comedere panē me



Miſit deus ange lum ſuum iohāni deſcribe et mitte ſeptē eccleſiis. i.



Epheſo ſmyrne pergamo thiatyre ſardi et laodi. Apocalipſis pmo





um. A voce gemitus mei adheſit os me
um carni mee. Similis factus ſũ pellica-
no ſolitudinis: ⁊ factus ſũ ſicut nictico-
rax in domicilio. Uigilaui ⁊ factus ſum
ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die
exprobrabant michi inimici mei ⁊ qui lau
dabãt me aduerſũ me iurabant. Quia ci
nerem tanq̃ panẽ manducabam ⁊ potuꝫ
meum cum fletu miſcebã. A facie ire in-
dignatiõis tue qꝛ eleuãs alliſiſti me. Di
es mei ſicut vmbra declinauerunt ⁊ ego
ſicut fenum arui. Tu aũt dñe i eternũ pma-
nes ⁊ memoriale tuũ i generatione ⁊ gña
tionem. Tu exurgens dñe miſereberis
ſyon qꝛ tẽpus miſerendi eiꝰ qꝛ venit tẽpꝰ
Qm placuerunt ſeruis tuis lapides eiꝰ
⁊ terre eiꝰ miſerebuntur. Et timebũt gẽ
tes nomen tuũ dñe ⁊ oẽs reges terre glo
riam tuã. Quia edificauit dñs ſyon ⁊ vi
debitur in gloria ſua. Reſpexit in oratio
nẽ humiliũ ⁊ non ſpreuit precem eorum
Scribantur hec in generatione altera et
populus qui creabitur laudabit dominũ
Quia proſpexit de excelſo ſcto ſuo do
minus de celo i terrã aſpexit. Ut audiret
gemitꝰ cpeditorũ vt ſolueret filios itẽ-
ptorꝫ. Ut annunciẽt in ſyõ nomẽ dñi ⁊ lau
dẽ eiꝰ i hieruſalẽ. In cueniẽdo populos
in vnũ ⁊ reges vt ſeruiant dño. Reſpõdit

ei in via ꝟtutis ſue paucitatē dierꝝ meorꝝ
nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio
dierꝝ meorꝝ in generatione et generatio-
nē anni tui. Initio tu domine terram fun
daſti ꝛ opera manuum tuarum ſunt celi.
Ipſi peribunt tu autem ꝑmanes ꝛ oēs
ſicut veſtimētū veteraſcēt. Et ſicut oper-
toriū mutabis eos ꝛ mutabuntur tu aūt
idēipſe es ꝛ anni tui nō deficient. Filii
ſeruorꝝ tuorꝝ habitabunt ꝛ ſemen eorꝝ i ſe
culū dirigetur. Gloria patri. Pſalmus

De profūdis clamaui ad te dñe: do
mine exaudi vocē meam. Fiant au
res tue intēdentes in vocem deꝑcatiōis
mee. Si iniquitates obſeruaueris domi
ne: domine quis ſuſtinebit. Quia apud
te ꝓpiciatio eſt: ꝛ propter legē tuam ſu-
ſtinui te domine. Suſtinuit anima mea in
verbo eius ſperauit anima mea in domi
no. A cuſtodia matutina vſq3 ad noctē
ſperet iſrael in domino. Quia apud dñz
miſericordia ꝛ copioſa apud eum redem
ptio. Et ipſe redimet iſrael ex omnibꝰ i
quitatibus eius. Gloria patri ꝛ filio.
Sicut erat in principio. Pſalmꝰ.

Dñe exaudi orōnē meā auribꝰ perci
pe obſecrationem meā in veritate
tua exaudi me in tua iuſticia. Et non in-
tres i iudiciū cū ſeruo tuo dñe: q2 nō iuſti



Et i medio ſenio rum agnum habentem ſeptēcornua. Apo v.



Poꝰ hec vidi turbam magnam ꝛ palme in manibus eorum. Apocalipſis. 7.



ficabitur i cōſpectu tuo oīs viuēs. Q ꝛp
ſecutus ē inimic⁹ aīam meā humiliauiti
terra vitā meam C ollocauit me i obſcu
ris ſicut mortuos ſeculi ꝛ anxiat⁹ ē ſuper
me ſpiritus meus in me turbatum eſt cor
meum. M emor fui dierum antiquoꝝ me
ditatus ſum in omnibus operibus tuis
ꝛ in factis manuū tuaꝝ meditabar E xpā
di manus meas ad te anima mea ſicut ter
ra ſine aqua tibi . V elociter exaudi me
dn̄e defecit ſpiritus me⁹ N ō auertas fa
ciē tuam a me: ꝛ ſimilis ero deſcendenti-
bus in lacum. A uditam fac michi mane
miſericordiam tuā quia in te ſperaui.
N otam fac michi viaꝫ in qua ambulem
quia ad te leuaui animaꝫ meam. E ripe
me de inimicis meis domine ad te con-
fugi doce me facere voluntatem tuam
quia deus meus es tu S piritus tu⁹ bo
nus deducet me in terram rectā propter
nomen tuuꝫ dn̄e viuificabis me in equi-
tate tua E duces de tribulatione animā
meā ꝛ in miſericordia tua diſperdes om-
nes īimicos meos. E t perdes omēs qui
tribulant animā meam quoniam ego ſer
uus tuus ſum G loria patri ꝛ filio ꝛ ſpiri
tui ſancto S icut erat in principio ꝛ nunc ꝛ
ſemper ꝛ in ſecula ſeculoꝝ amē. an. Ne re
miniſcaris domine delicta noſtra vel pa

rentum noſtrorum neqꝫ vindictā ſumas
de peccatis noſtris: Parce domine par-
ce populo tuo quem redemiſti precioſo
ſanguie tuo ne ineternuꝫ iraſcaris nobis

Kyrie leyſon. Chriſte eleyſon. Ky-
rieleyſon. Chriſte audi nos Pa-
ter de celis deus Miſerere nobis. Fili
redēptor mundi deus Miſerere nobis.
Spiritus ſancte deus Miſerere nobis.
Sancta trinitas vnꝰ deꝰ Miſerere nobis
Sancta maria Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix Ora
pro nobis
Sancta virgo virginum or.
Sancte michael or.
Sancte gabriel or.
Sancte raphael or.
Omnes ſancti angeli ⁊ archangeli dei
Orate pro nobis
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordi
Oratē pro nobis.
Sancte iohannes baptiſta ora
Omnes ſancti patriarche ⁊ prophete dei
Orate pro nobis
Sancte petre or.
Sancte paule or.
Sancte andrea or.
Sancte iacobe Ora ꝑ nobis



Et angelo epheſi
ſcribe hec dicit q
tenet ſeptem ſtel-
las i dextera ſua



qui ābulat i me-
dio ſeptem can-
delabrorū aureo-
um in cuius ore
gla diuꝰ. apo. i.



Sancte iohannes Oꝛa
Sancte philippe oꝛ
Sancte bartholomee oꝛ
Sancte thoma Oꝛa pro nobis
Sancte iacobe oꝛ
Sancte ſymon Oꝛa p nobis
Sancte thadee oꝛ
Sancte mathia oꝛ
Sancte barnaba oꝛ
Sancte luca Oꝛa pro nobis
Sancte marcialis oꝛ
Omēs ſancti apoſtoli ⁊ euangeliſte dei
Orate pro nobis
Omēs ſancti diſcipuli domini oꝛt
Sancte ſtephane oꝛ
Sancte clemēs oꝛa
Sancte fabiane Oꝛa pro nobis
Sancte ſebaſtiane oꝛ
Sancte laurenti oꝛ
Sancte thoma oꝛ
Sancte geruaſi Oꝛa pro nobis
Sancte prothaſi oꝛa
Sctē dioniſi cum ſociis tuis oꝛa
Sancte maurici cum ſociis tuis oꝛa
Sancte euſtachi cum ſociis tuis oꝛ
Sancte geoꝛgi oꝛ
Sancte eutropi oꝛa
Sancte quintine oꝛa
Omēs ſancti martyꝛes oꝛt

ancte ſilueſter — or̄

ancte gregori — Ora p̄ nobis

ancte nichaſi — or̄

ancte ambroſi — ora p̄ nobis.

ancte auguſtine — ora p̄ nobis

ancte hieronime — ora p̄ nobis

ancte remigi — ora p̄ nobis.

ancte marcelle — ora p̄ nobis

ancte nicolae — ora p̄ nobis

ancte egidi — ora p̄ nobis.

ancte eligi — ora pro nobis

ancte iuliane — ora p̄ nobis

ancte benedicte — ora

ancte maure — ora

ancte leobine — ora

ancte ſulpici — or̄

ancte leonarde — ora

ancte guillerme — ora

mnes ſancti confeſſores — orate

ancta anna — or̄

ancta maria magdalena — ora

ancta agatha — or̄

ancta agnes — or̄

ancta lucia — or̄

ancta cecilia — ora

ancta Katherina — ora

ancta Barbara — ora

ancta margareta — Ora pro nobis

ancta fides — or̄



Et vidi ſeptem lampades ardē- tes ac quattuor



animalia plena oculis. Apoca- lipſis quarto.





Sancta ſpes ora
Sancta charitas ora
Omnes ſancte virgines orate
Omnes ſancti ꝛ ſancte dei orate
Propicius eſto Parce nobis dñe. Ab
omni malo. Libera nos domine Ab inſi
dius dyaboli. Libera nos domie. A dā-
natione perpetua Libera nos dñe A ſpi
ritu fornicationis. li Ab appetitu inna
nis glorie. li. Ab ira ꝛ odio ꝛ omni ma
la voluntate. li. A cecitate cordis. lib.
A fulgure ꝛ tēpeſtate. li. A ſubitanea ꝛ
improuiſa morte. li. Per myſterium ſan
cte incarnationis tue. li. Per aduentum
tuum. li. Per natiuitatem tuā. li. Per
paſſionem crucem ꝛ mortem tuam. libe.
Per glorioſam reſurrectionem tuaꝫ. li.
Per admirabilem aſcenſionem tuam. li.
Per gratiā ſancti ſpiritus paracliti. lib.
In die iudicii. li. Peccatores. Te roga
mus audi nos Ut pacē nobis dones. tr.
Ut miſericordia ꝛ pietas tua nos cuſto
diat. tr. Ut eccleſiam tuam regere ꝛ de
fenſare digneris. tr. Ut omnibus bene
factoribus noſtris ſempiterna bona retri
buas. Te rogamus audi nos. Ut oibꝰ fi
delibus defunctis requiē etnā dones. tr.
Ut oia petā noſtra nobis dimittas. tr.
Ut nos exaudire digneris. Te rogamꝰ



audi nos. ili dei Te rogamꝰ audi nos
ili dei. Te rogamus audi nos. ili
dei Te rogamus audi nos. gnus dei
qui tollis peccata mundi Parce nobis
domine. gnus dei qui tollis peccata
mundi Exaudi nos domine. gnus dei
qui tollis peccata mūdi Miſerere nobis
Kyrieleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrieley
ſon. Pater noſter. Et ne nos.

DEus in adiutoriuꝫ meū intende.
omine ad adiuuandū me feſtīa
onfundant̄ ꝛ reuereātur qui querunt
animā meam. uertantur retrorſum et
erubeſcant qui volunt michi mala. uer
tantur ſtatim erubeſcentes qui dicūt mi
chi euge euge. xultent ꝛ letentur in te
omnes qui querunt te ꝛ dicant ſemꝑ ma-
gnificetur dn̄s qui diligunt ſalutare tuū
go vero egenus ꝛ pauper ſum deꝰ ad
iuua me. diutor meus ꝛ liberator me
us es tu dn̄e ne moreris. loria patri.
Saluos fac ſeruos tuos ꝛ ancillas tu-
as. Deꝰ meꝰ ſperantes ī te. Eſto no
bis domine turris fortitudinis. A fa
cie inimici. Nichil ꝓficiat inimicꝰ ī no
bis. Et filius iniquitatis nō apponat
nocere nobis. Dn̄e non ſecundū pecca
ta noſtra facias nobis. Neqꝫ ſecundū
īiquitates nr̄as retribus nobis. Oremꝰ



Et ſoluti ſūt qua
tuor āgeli q̄ pati
erāt occidere ter-
tiā ptē hoim. viii



Et habebant lo-
ricas ferreas et
caudas ſimiles
ſcorpionum. Apo
calipſis. nono.





pro papa noſtro. ℟. Dominus cõſeruet
eum ⁊ viuificet eũ ⁊ beatum faciat eũ ĩ
terra ⁊ non tradat eũ in animã inimicorũ
eius. ℣. Oremus pro bñfactoribꝰ nr̃is.
℟. Retribuere dignare dñe oĩbꝰ nobis
bona facientibꝰ propter nomen ſctm̃ tuũ
vitã eternã amẽ. Oremus pro fidelibus
defunctis. Requiem eternã dona eis do
mine ⁊ lux perpetua luceat eis Requie-
ſcant in pace amẽ. Oremus pro fratribꝰ
noſtris abſcentibꝰ Saluos fac ſeruos tu-
os ⁊ ancillas tuas. Deꝰ meꝰ ſperãtes ĩ te
Mitte eis auxiliũ de ſctõ. Et de ſyõ tue-
re eos. Dñe exaudi. Et cla. Oratio
Deus cui propriũ eſt miſereri ſem-
per ⁊ parcere ſuſcipe deprecatiõez
nr̃az vt quos delictoꝝ cathena ↄſtringit
miſeratio tue pietatis abſoluat. oro.
Exaudi q̃s dñe ſupplicũ pces ⁊ cõfitẽ
tiũ tibi pce pctis vt pariter idulgẽ
tiã nobis tribuas benignꝰ ⁊ pacẽ. Oro
Ineffabilẽ nobis dñe miam tuã cle-
mẽter oſtende: vt ſimul nos ⁊ pec-
catis oĩbus exuas ⁊ a penis quas ꝑ his
meremur eripias. Oremus.
Deus qui culpa offenderis peniten
tia placaris preces populi tui ſup
plicantis propicius reſpice ⁊ flagella ira
cundie tue que pro peccatis noſtris me-

remur auerte. Oratio

Omnipotēs ſēpiterne deus miſerere famulo tuo. N. papa noſtro ⁊ dirige eum ſecundum clementiam tuam ī viam ſalutis eterne vt te donante tibi placita cupiat ⁊ tota virtute ꝑficiat. Oro.

Deus a quo ſancta deſideria recta conſilia ⁊ iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illā quam mundus dare non poteſt pacem vt ⁊ corda nr̄a mandatis tuis dedita ⁊ hoſtiū ſublata formidīe tp̄a ſint tua protectione tranquilla. Oratio.

Ure igne ſancti ſpiritus renes noſtros ⁊ cor noſtrum domine vt tibi caſto corpore ſeruiamus ⁊ mundo corde placeamus. Oratio

Actiones noſtras queſumus domine aſpirando preueni ⁊ adiuuando proſequere: vt cūcta noſtra oratio ⁊ operatio ad te ſemper incipiat ⁊ per te incepta finiatur. Per dn̄m noſtrum. Oro

Omnipotens ſempiterne de⁹ qui viuorum dominaris ſimul et mortuorum omniumq; miſereris quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe prenoſcis te ſupplices exoramus vt pro quibus effundere preces decreuimus quoſq; vel ꝑſens adhuc ſeculum in carne retinet vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit inter-



Et vidi septē āgelos in conſpectu dei: et date ſunt illi ſeptē tube. 8



Et audiui vocem aqle volātis per mediū celi dicentis voce magna ve ve ve. apo 8.





cedentibus omnibus ſanctis tuis pieta
tis tue clementia delictorum ſuorum oī-
um veniam ꝛ gaudia conſequi mereant
tur eterna. Per dn̄m noſtrum.
Fidelium deus omnium conditor
ꝛ redemptor animabus famulorꝝ
famularumq; tuarum remiſſionē cuncto
rum tribue peccatorꝝ vt idulgentiā quā
ſemper optauerunt piis ſupplicationib⁹
conſequantur. Qui viuis ꝛ regnas deus
Per omnia ſecula ſeculorꝝ Amen
Requieſcant in pace. Amen.

¶ Sequuntur vigilie mortuorꝝ. Ad ve
ſperas. an̄. Placebo. Pſalm⁹


LAZARE
VENI
PHORAS

Dilexi quoniam exaudiet dominꝰ:
vocem oratiõis mee. Quia inclinauit aurem ſuam michi ⁊ in diebus meis
inuocabo. Circundederunt me dolores
mortis ⁊ pericula inferni inuenerunt me
Tribulationem ⁊ dolorem inueni ⁊ nomen domini inuocaui. O dñe libera aīaꝫ
meam miſericors dominꝰ ⁊ iuſtus ⁊ deꝰ
noſter miſeretur. Cuſtodiens paruulos
dominus humiliatus ſum ⁊ liberauit me
Conuertere anima mea in requiem tuā
quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meā de morte oculos meos
a lachrimis pedes meos a lapſu. Placebo domino in regione viuorum. Requiem eternam dona eis domine ⁊ lux perpetua luceat eis. añ. Placebo domino ĩ
regione viuoꝝ. añ. Heu me. Pſalmus.
Ad dominum cuꝫ tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. Domine libera
animaꝫ meam a labiis iniquis ⁊ a lingua
doloſa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam. Sagitte
potentis acute cum carbonibus deſolatoriis. Heu michi quia incolatus meus
prolongatus eſt habitaui cum habitātibus cedar multuꝫ incola fuit anima mea
Cum his qui oderunt pacē eram pacificus cum loquebar illis impugnabāt me



gratis. Requiem eternā dona eis dn̄e ⁊ lux perpetua luceat eis. ā. Heu me q² incolatus me⁹ ꝓlongatus ē. Dn̄s cu. ps.

Leuaui oculos meos in mōtes: vnde veniet auxiliū michi. Auxiliuȝ meū a dn̄o qui fecit celū ⁊ terrā. Nō det i ꝯmotionē pedē tuū neqȝ dromitet qui cuſtodit te. Ecce non dormitabit neqȝ dormiet qui cuſtodit iſrael. Dn̄s cuſtodit te dn̄s ꝓtectio tua ſup manū dexterā tuā. Per diem ſol non vret te neqȝ luna per noctē. Dn̄s cuſtodit te ab oi malo cuſtodiat animā tuā dn̄s. Dn̄s cuſtodiat introitum tuū ⁊ exitū tuū ex hoc nunc ⁊ vſqȝ in ſeculū. Requiē eternā dona eis domine ⁊ lux ppetua luceat eis. ā. Dn̄s cuſtodit te ab oī malo cuſtodiat aīaȝ tuam dn̄s. ān. Si iniquitates. ps.

De profūdis clamaui ad te dn̄e: domine exaudi vocē meam. Fiant aures tue intēdentes in vocem depcatiōis mee. Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit. Quia apud te ꝓpiciatio eſt: ⁊ propter legē tuam ſuſtinui te domine. Suſtinuit anima mea in verbo eius ſperauit anima mea in domino. A cuſtodia matutina vſqȝ ad noctē ſperet iſrael in domino. Quia apud dn̄ȝ miſericordia ⁊ copioſa apud eum redem



Et vidi ſuper nubē candidā ſedētē ſimilē filio hominis hn̄tē in ca



pite ſuo coronā aureā ⁊ i manu ſua falcē acutā ⁊ āgel⁹ hn̄s crucē. ⁊c. apo. iiii



ptio. Et ipſe redimet iſrael ex oībus ini
quitatibus eius. Requiē eternam dona
eis domine ⁊ lux perpetua luceat eis. ā.
Si iniquitates obſeruaueris domine do
mine quis ſuſtinebit. ān. Opera. ps.
Confitebor tibi domine in toto cor
de meo quoniā audiſti verba oris
mei. In conſpectu angeloꝝ pſallam tibi
adorabo ad templuz ſanctū tuum ⁊ confi
tebor nomini tuo. Super miſericordia
tua ⁊ veritate tua quoniam magnificaſti ſu
per omne nomen ſanctum tuum. In qua
cunqz die inuocauero te exaudi me mul
tiplicabis in anima mea virtutem. Con
fiteantur tibi domine omnes reges ter=
re quia audierunt omnia verba oris tui
Et cantent in viis domini quoniam ma=
gna eſt gloria domini. Quoniam excel=
ſus dominus ⁊ humilia reſpicit ⁊ alta a lō
ge cognoſcit. Si ambulauero in medio
tribulationis viuificabis me ⁊ ſuper irā
inimicoꝝ meorum extendiſti manum tu=
am ⁊ ſaluum me fecit dextera tua. Do=
minus retribuet pro me domine miſeri=
cordia tua in ſeculum opera manuū tua=
rum ne deſpicias. Requiem eternam do
na eis domine ⁊ lux perpetua luceat eis
An. Opera manuum tuarum ne deſpici=
as. ℣. Audiui vocē de celo dicētē. ℟.



Beati mortui qui in domino moriuntur

ān Dn̄e quod dat. Pſalmꝰ

Magnificat aīa mea dn̄z Et exultauit ſpiritus meꝰ ī deo ſalutari meo
Quia reſpexit humilitatē ancillē ſue ecce enī ex hoc beatā me dicēt oēs gn̄ationes
Quia fecit mihi magna qui potēs ē ⁊ ſanctū nomē eiꝰ. Et mia eiꝰ a pgenie ī pgenies timētibꝰ eū. Fecit potētiā ī brachio ſuo diſperſit ſupbos mēte cordis ſuiꝰ. Depoſuit potētes de ſede ⁊ exaltauit humiles. Eſuriētes ipleuit bonis ⁊ diuites dimiſit ianes. Suſcepit iſrael puer ſuū recordatꝰ mie ſue. Sicut locutꝰ ē ad pr̄es nr̄os abrahā ⁊ ſemini eiꝰ ī ſecla. Requiē etnā dona eis dn̄e ⁊ lux ppetua luceat eis

ān Dn̄e quod dat michi pater ad me veniet ⁊ eū qui venit ad me non eiciā foras

Pater nr̄. Et ne nos. Pſalmus.

Lauda aīa mea dn̄z laudabo dn̄z in vita mea pſallā deo meo q̄diu ſuero. Nolite ꝯfidere ī pncipibꝰ nec in filiis hoīm in quibꝰ nō ē ſalꝰ. Exibit ſpiritꝰ eiꝰ ⁊ reuertetur in terrā ſuā in illa die pibūt oīs cogitationes eoꝝ. Beatus c[…]ꝰ deus iacob adiutor eiꝰ ſpes eius ī dn̄o deo ipiꝰ qui fecit celū ⁊ trā mare ⁊ oīa q̄ in eis ſunt. Qui cuſtodit veritatē in ſeculū facit iudiciū iniuriā patiētibꝰ dat eſcā eſu

Et ecce equꝰ albus et qui ſedebat ſuper illū habebat arcū. apocalipſis.vi.

Et alius equus ruffus: ⁊ qui ſedebat ſup illū datus eſt ei gladius magnus. vi.

Et ecce equꝰ niger ⁊ q̄ inſidebat habebat ſtateraz in manu ſua. apocalipſis. vi.

Et ecce equꝰ pallidꝰ: ⁊ q̄ īſidebatur nomē eiꝰ mors. vi







rictib⁹ D ñs ſoluit ꝯpeditos dñs illumi
nat cecos. D ñs erigit eliſos dñs diligit
iuſtos. D ñs cuſtodit aduenas pupilluꝫ
⁊ viduā ſuſcipiet: ⁊ vias pctōꝝ diſperdet
R egnabit dñs in ſecula de⁹ tu⁹ ſyon ī ge
nerationē ⁊ gñationē. R equiē eternam.
℣ Requieſcāt ī pace. ℟ Amē. ℣ A por
ta inferi. ℟ Erue dñe aīas eoꝝ. Dñe ex
audi orōnē meā. Et clamor. Oratio
D Eus qui inter aplicos ſacerdotes
famulos tuos pontificali ſeu ſacer
dotali feciſti dignitate vigere preſta qs:
vt eoꝝ quoqꝫ ꝑpetuo aggregēt ꝯſortio
D Eus venie largitor ⁊ humane ſa
lutis amator queſumus clemētiā
tuā vt noſtre congregationis fratres ſo
rores propinquos ⁊ oēs benefactores
noſtros qui ex hoc ſeculo tranſierunt be
ata maria ſemper virgine intercedēte cū
omnibus ſanctis tuis ad perpetue beati
tudinis conſortium peruenire concedas
F Idelium deus omnium conditor
⁊ redemptor animabus famuloꝝ
famularumqꝫ tuarum remiſſionē cuncto
rum tribue peccatoꝝ vt īdulgentiā quā
ſemper optauerunt piis ſupplicationib⁹
conſequantur. Qui viuis ⁊ regnas deus
Per omnia ſecula ſeculoꝝ Amen
Requieſcant in pace. Amen.





Et vidi ſubtus altare aīas īterfectorum ꝑpter v̄bū dei. apo. vi.



Et ecce terremotus factus eſt et ſol niger ꝛ lūa vt ſanguis ꝛ ſtelle cecide. apo. vi.

Ad matutinas Inuitatorium. Regē cui omnia viuūt Venite adoremus. ps

Venite exultemus domino iubilemus deo ſalutari noſtro p̄occupemus faciē eius in cōfeſſione ꝛ in pſalmis iubilemus ei. Regē cui. Quoniā deus magnus dominus ꝛ rex magnus ſup oēs deos quoniā non repellet dominꝰ plebē ſuā quia in manu eius ſunt oēs fines t̄re ꝛ altitudines montiū ipſe conſpicit. Venite adoremus. Qm̄ ipſius ē mare ꝛ ipſe fecit illud ꝛ aridā fundauerunt manus eius venite adoremus ꝛ procidamus ante deū ploremus corā dn̄o qui fecit nos qꝛ ipſe ē dn̄s deꝰ nr̄ nos aūt populus eiꝰ ꝛ oues paſcue eiꝰ. Regē cui. Hodie ſi vocē eiꝰ audieritis nolite obdurare corda vr̄a ſicut in exacerbatione ſecundū diē tētationis in deſerto. vbi tētauerunt me patres vr̄i probauerunt ꝛ viderunt opa mea. Venite adoremus. Quadraginta annis proximus fui gn̄ationi huic ꝛ dixi ſemp hi errant corde ipſi v̄o nō cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiē meam. Regē cui omnia viuunt Venite adoremꝰ. Requiem eternam dona eis domine: ꝛ lux ꝑpetua luceat eis. Regē cui omnia viuūt venite adoremus. an. Dirige. Pſalmus.





Verba mea auribus pcipe dñe itel
lige clamorem meū. Intende vo
ci orōnis mee rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹. Quo
niā ad te orabo dñe mane exaudies vo
cē meā. Mane aſtabo tibi ⁊ videbo quo:
niaꝫ non de⁹ volens iniquitatē tu es. Ne
qꝫ habitabit iuxta te malign⁹ neqꝫ pma
nebūt iiuſti ante oculos tuos. Odiſti oēs
qui opantur iniquitatē pdes om̄s qui lo
quuntur mendatiū. Virū ſanguinū ⁊ do
loſū abominabitur dñs ego autēꝫ i multi
tudine mīe tue. Introibo in domū tuaꝫ
adorabo ad templū ſanctū tuū in timore
tuo. Domine deduc me in iuſticia tua p
pter inimicos meos: dirige me in cōſpe
ctu tuo viam meā. Quoniā non eſt in ore
eoꝝ veritas cor eoꝝ vanū eſt. Sepulchruꝫ
patens eſt guttur eoꝝ linguis ſuis dolo:
ſe agebāt iudica illos deus. Decidant a
cogitationib⁹ ſuis ſecundū multitudinē
impietatum eorum expelle eos qm̄ irri
tauerunt te domīe. Et letentur om̄s qui
ſpant i te ietnū exultabūt ⁊ hītabis ieis
Et gloriabūtur in te om̄s qui diligunt
nomen tuū qm̄ tu bñdices iuſto. Domīe
vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti
nos. Requiem etnā dona eis dñe ⁊ lux p
petua luceat eis. An. Dirige dñe de⁹ me⁹
iſpectu tuo viā meā. A. Conuertere. ps

DOmine ne in furore tuos arguas
me: neq3 in ira tua corripias me
Miſerere mei domine quoniam infirmꝰ
ſum: ſana me domine qm̄ conturbata ſūt
oſſa mea Et anima mea turbata ē valde
ſed tu domine vſq3quo Conuerte do-
mine ⁊ eripe animā meam ſaluum me fac
propter miſericordiam tuam Quoniam
non eſt in morte qui memor ſit tui In infer
no autem quis confitebitur tibi? Labo
raui in gemitu meo lauabo per ſingulas
noctes lectum meu3 lachrimis meis ſtra
tum meū rigabo Turbatus ē a furore o-
culus meus, inueteraui iter oēs inimicos
meos. Diſcedite a me omnes qui ope
ramini iniquitatem quoniam exaudiuit
dominus vocem fletus mei Exaudiuit
dominus deprecationē meam: dominus
orationem meam ſuſcepit Erubeſcant ⁊
conturbentur vehementer omnes inimi
ci mei conuertantur ⁊ erubeſcant valde
velociter Requiem eternam dona eis do
mie ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. Antiphona
Conuertere domine ⁊ eripe animam me
am quoniam non ē in morte qui memor
ſit tui. an. Nequando. Pſalmus.
DOmine deus meus in te ſperaui ſal
uum me fac ex omnibꝰ perſequenti
bus me ⁊ libera me Nequando rapiat vt



Et apparuit in
celo mulier ami



cta ſole: et luna
ſub pedibus eius
⁊ drac. Apocalip
ſis duodecimo.



leo animā meaꝫ dum non eſt qui redimat
neqꝫ qui ſaluuꝫ faciat. Domine deꝰ me
us ſi feci iſtud ſi eſt iniquitas in manibꝰ
meis Si reddidi retribuētibus mihi ma
la decidā merito ab inimicis meis īanis.
Perſequatur inimicus animam meam et
comprehendat ꝛ conculcet in terra vitā
meā et gloriam meam in puluerem dedu
cat Exurge domine in ira tua ꝛ exalta-
re in finibus inimicorum meorum Et ex
urge domine deus meus in precepto ꝙd
mandaſti ꝛ ſynagoga populorum circun
dabit te Et propter hanc in altuꝫ regre
dere dominus iudicat populos Iudica
me domine ſecūdum iuſticiā meam ꝛ ſecū
dum innocentiam meā ſuper me Conſu
metur nequitiā peccatoꝝ ꝛ diriges iuſtū
ſcrutans corda ꝛ renes deus. Iuſtum
adiutoriū meum a dño qui ſaluos facit
rectos corde Deꝰ iudex iuſtꝰ fortis ꝛ pa
tiēs nūquid iraſcitur per ſingulos dies.
Niſi conuerſi fueritis gladiuꝫ ſuū vibra
uit arcū ſuum tetendit ꝛ parauit illū Et in
eo parauit vaſa mortis ſagittas ſuas ar-
dētibus effecit. Ecce parturit iniuſticiā
concepit dolorē ꝛ peperit iniquitatem
Lacum aperuit ꝛ effodit eū et incidit in
foueā quā fecit Conuertet dolor eiꝰ in ca
put eius ꝛ in verticē ipſius iniquitas eiꝰ

deſcēdet. Confitebor dño ſecūdū iuſtici
am ei⁹ ꝛ pſallā noī dñi altiſſimi. Requiē
eternā dona eis dñe ꝛ lux ꝑpetua luce-
at eis. An. Nequando rapiat vt leo aīam
meā dum non ē qui redimat neqꝫ qui ſal
uum faciat. ℣ſus. A porta inferi. ℟m.
Erue domine animas eoꝝ. Pater noſter
Et ne nos. Lectio ꝑma.
PArce michi domine nichil eni ſunt
dies mei Quid eſt homo qꝛ magni
ficas eum aut quid apponis erga eū coꝛ
tuū? Viſitas eum diluculo ꝛ ſubito pro-
bas illū. Uſqꝫ quo nō parcis michi nec
dimittis me vt glutiā ſaliuā meam? Pec
caui. Quid faciā tibi o cuſtos hominum?
Quare poſuiſti me contrarium tibi ꝛ fa-
ctus ſum michimetipſi grauis? Cur non
tollis peccatum meum ꝛ quare non au-
fers īiquitatem meam. Ecce nunc in pul
uere dormio ꝛ ſi mane me queſieris non
ſubſiſtam. ℟. Credo ꝙ redemptor meus
viuit ꝛ in nouiſſimo die de terra ſurrectu
rus ſum Et in carne mea videbo deū ſal-
uatorē meū. ℣ſus. Quem viſur⁹ ſū ego
ipſe ꝛ non alius ꝛ oculi mei conſpecturi
ſunt. Et in carne mea videbo deuꝫ ſalua
torē m eū. Lectio ſecūda
TEdet animam meam vite mee di-
mittam aduerſum me eloquiū me











um. Loquar in amaritudine anime mee
dicā deo: noli me cōdēnare. Indica mihi
cur me ita iudices? Nunquid bonū tibi
videt̄ ſi calūnieris ⁊ opprimas me opus
manuum tuaꝝ ⁊ ꝯſiliū impiorū adiuues
Nūquid oculi carnei tibi ſunt aut ſicut vi
det homo ⁊ tu videbis. Nūquid ſicut di
es hominis dies tui ⁊ anni tui ſicut hūa=
na ſunt tempora. Ut queras iniquitatē
meam ⁊ peccatū meū ſcruteris Et ſcias
quia nichil impiuz fecerim cum ſit nemo
qui de manu tua poſſit eruere. ℟. Qui la
zarum reſuſcitaſti a monumento fetiduz
Tu eis domine dona requiē ⁊ locū idul=
gentie. ℣. Qui ventur⁹ es iudicare viuos
⁊ mortuos ⁊ ſeculū per ignē. Tu eis dn̄e
dona requiē ⁊ locū indulgētie. Lec. iii.

Manus tue domine fecerunt me et
plaſmauerunt me totū in circuitu
⁊ ſic repente precipitas me. Memento q̄
ſo q sicut lu ctum feceris me: ⁊ in puluerē
reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me
⁊ ſicut caſeū me coagulaſti. Pelle ⁊ car=
nib⁹ veſtiſti me oſſib⁹ me ⁊ neruis cōpegi
ſti me. Uitam ⁊ miam tribuiſti michi ⁊ vi
ſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meuz. ℟.
Domine quando veneris iudicare terrā
vbi me abſcondam a vultu ire tue. Quia
peccaui nimis in vita mea. ℣. Commiſſa



mea paueſco ⁊ ante te erubeſco dum ve:
neris iudicare noli me condẽnare. Quia
peccaui nimis in vita mea. In ſecũdo
nocturno. ãn. In loco. Ps:

Dominꝰ regit me ⁊ nichil michi de:
erit i loco paſcue ibi me colocauit
Super aquam refectionis educauit me:
animam meam conuertit. Deduxit me
ſuper ſemitas iuſticie propter nomen tuũ
Nam ⁊ ſi ambulauero in medio vmbre
mortis non timebo mala quoniam tu me
cum es. Uirga tua ⁊ baculus tuus ipſa
me conſolata ſunt. Paraſti in conſpectu
meo menſam aduerſus eos qui tribulãt
me. Impinguaſti in oleo caput meũ ⁊ ca
lix meꝰ iebriãs q̃ ꝑclarꝰ eſt. Et miſericor
dia tua ſubſequetur me oĩbꝰ diebꝰ vite
mee. Et vt inhabitam in domo domini:
in longitudinem dierum. Requiem eter
nam dona eis domine ⁊ lux perpetua lu:
ceat eis. ãn. In loco paſcue ibi me collo
cauit. ã. Delicta. Pſalmus.

Ad te domine leuaui animam me:
am deus meus in te confido non
erubeſcam. Neqꝫ irrideant me inimici
mei etenim vniuerſi qui ſuſtinent te non
confundentur. Confundantur omnes
iniqua agentes ſuperuacue. Uias tu:
as domine demõſtra michi et ſemitas tu






as edoce me. Dirige me in ꝟitate tua ⁊
doce me quia tu es deus ſaluator meus
⁊ te ſuſtinui tota die. Reminiſcere miſe-
rationum tuarum domine ⁊ miſericordi
arum tuarum que a ſeculo ſunt. Deli-
cta iuuentutis mee ⁊ ignorantias meas
ne memineris. Secundum miſericordi
am tuam memento mei tu propter boni-
tatem tuam domine. Dulcis et rectus
dñs ꝑpter hoc legẽ dabit delinquẽtibus
in via. Diriget mãſuetos in iudicio do-
cebit mites vias ſuas. Uniuerſe vie dñi
miſericordia ⁊ ꝟitas requirẽtibus teſta-
mẽtũ eius ⁊ teſtimonia eiꝰ. Propter no
men tuũ dñe propiciaberis peccato meo
multum eſt enĩ. Quis ẽ homo qui timet
dominum legẽ ſtatuit ei ĩ via quã elegit
Anima eius in bonis demorabit ⁊ ſemẽ
eius hereditabit terram. Firmamentuꝫ
eſt dñs timẽtibus eum ⁊ teſtamẽtum ip-
ſius vt manifeſtetur illis. Oculi mei ſemꝑ
ad dñꝫ quoniã ipſe euellet de laqueo pe
des meos. Reſpice in me ⁊ miſerere mei:
quia vnicus ⁊ pauꝑ ſũ ego. Tribulatio
nes cordis mei multiplicate ſũt de neceſ
ſitatibꝰ meis erue me. Uide hũilitatẽ me
am ⁊ laborẽ meũ ⁊ dimitte vniuerſa deli
cta mea. Reſpice inimicos meos qm̃ mlti
plicati ſũt ⁊ odio ĩiq̊ oderũt me. Cuſtodi

aīaꝫ meā ꝛ erue me nō erubeſcā qm̄ ſpaui
in te. Innocentes et recti adheſerūt mi:
chi qꝛ ſuſtinui te. Libera deus iſrael ex
oībus tribulationib⁹ ſuis. Requiē eter
nā dona eis domine ꝛ lux perpetua luce:
at eis. āṅ. Delicta iuuētutis mee ꝛ ignorā
tias meas ne memineris domine. an. Cre
do videre. Pſalmus.

DOminus illuminatio mea ꝛ ſalus
mea quē timebo. Dñs protector vi
te mee a quo trepidabo. Dum appropi
ant ſup me nocentes vt edant carnes me
as. Qui tribulant me inimici mei ipſi in
firmati ſunt ꝛ ceciderunt. Si conſiſtant
aduerſū me caſtra non timebit cor meuꝫ.
Si exurgat aduerſum me preliuꝫ in hoc
ego ſperabo. Unam petii a domino hāc
requiraꝫ vt inhabitam in domo domini
omnibus diebus vite mee. Ut videā vo
luntatē domini ꝛ viſitem templum eius.
Quoniam abſcondit me in tabernaculo
ſuo in die malorum protexit me in abſcō
dito tabernaculi ſui. In petra exaltauit
me ꝛ nunc exaltauit caput meum ſuper
inimicos meos. Circuiui ꝛ imolaui i ta
bernaculo eius hoſtiam vociferationis:
cantabo ꝛ pſalmum dicam domino. Ex:
audi domine vocem meam qua clamaui
ad te miſerere mei ꝛ exaudi me. Tibi di








xi coꝛ meũ exquiſiui te facies mea facieȝ
tuã domine requirã. Ne auertas faciem
tuã a me ne declines ĩ ira a ſeruo tuo. Ad
iutoꝛ meus eſto dñe ne derelinquas me
neqȝ deſpicias me dñe de⁹ ſalutaris me⁹.
Qm̃ pater meus ⁊ mater mea dereliq̃-
runt me: dñs aũt aſſũpſit me. Legẽ po
ne michi dñe in via tua ⁊ dirige me in ſe-
mita recta ꝑpter ĩimicos meos. Ne tra
dideris me in aĩas tribulãtiũ me qm̃ ĩſur
rexerunt in me teſtes iniqui ⁊ mẽtita eſt
iniquitas ſibi. Credo videre bona dñi ĩ
terra viuẽtiũ. Expecta dñȝ viriliter age
⁊ confoꝛtetur coꝛ tuũ ⁊ ſuſtine dñm. Re-
quiẽ eternã dona eis domine ⁊ lux perpe
tua luceat eis. ℟. Credo videre bona do
mini in terra viuẽtiũ. ℣. Colloces eos do
minus cum pꝛincipib⁹. ℟. Cũ pꝛincipi-
bus populi ſui.

Lectio quarta.

REſponde michi. Quantas habeo
iniquitates ⁊ peccata ſcelera mea
atqȝ delicta oſtẽde michi. Cur facieȝ tuã
abſcondis ⁊ arbitraris me inimicũ tuuȝ.
Contra folium quod vento rapitur oſtẽ
dis potentiã tuã ⁊ ſtipullam ſiccã perſeq
ris. Scribis eni contra me amaritudines
⁊ conſumere me vis peccatis adoleſcẽtie
mee. Poſuiſti in neruo pedem meum et
obſeruaſti oẽs ſemitas meas ⁊ veſtigia



pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi
putredo conſumendus ſum ⁊ quaſi veſti
mentū quod comeditur a tinea. ℟. Me-
mento mei deus quia vent⁹ eſt vita mea
Nec aſpiciat me viſus hominis. ℣. De p
fundis clamaui ad te dn̄e dn̄e exaudi vo
cem meā. Nec aſpiciat. Lectio. v.

Homo nat⁹ de muliere breui viuēs
tempore repletur multis miſeriis.
Qui quaſi flos egreditur ⁊ conteritur ⁊
fugit velut vmbra ⁊ nunq̄ in eodem ſta-
tu permanet. Et dignū ducis ſuper hu-
iuſcemodi aperire oculos tuos et addu-
cere eum tecū in iudiciū? Quis poteſt fa
cere mūdū de imūdo ꝯceptū ſemine? Nō
ne tu qui ſolus es? Breues dies homis
ſunt numerus menſiū ei⁹ apud te eſt. Cō
ſtituiſti terminos ei⁹ qui p̄teriri nō pote
rūt. Recede ergo paululū ab eo vt quie
ſcat donec optata veniat ⁊ ſicut mercen-
narii dies ei⁹. ℟. Heu michi dn̄e q꞉ pec
ui nimis in vita mea quid faciā miſer vbi
fugiā niſi ad te de⁹ me⁹ miſerere mei Duȝ
veneris ī nouiſſimo die. ℣. Aīa mea tur
bata eſt valde ſed tu dn̄e ſuccurre ei. Dū
veneris ī nouiſſimo die. Lectio. vi.

Quis michi hoc tribuat vt in infer-
no protegas me ⁊ abſcondas me
donec pertranſeat furor tuus et conſti-








tuas michi tēpꝰ in quo recorderis mei?
Putas ne mortuꝰ hō rursū viuat? Cun
ctis diebꝰ quibꝰ nunc milito expecto do
nec veniat imutatio mea. Uocabis me ⁊
ego rn̄debo tibi. Operi manuū tuaꝝ por
riges dexteraꝫ. Tu quidē greſſus meos
dinumeraſti ſed parce peccatis meis. ℟.
Ne recorderis pctā mea dn̄e Dū veneris
iudicare ſeculū per ignē. ℣. Dirige domi
ne deus meꝰ in ꝯſpectu tuo viā meā. Dū
veneris iudicare. an. Cōplaceat. Ps.
Expectans expectaui dn̄m: ⁊ intēdit
mihi Et exaudiuit ꝑces meas ⁊ edu
xit me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis Et
ſtatuit ſupra petrā pedes meos ⁊ direxit
greſſus meos Et imiſit in os meū canticū
nouū carmē deo noſtro Uidebunt mul-
ti ⁊ timebunt ⁊ ſperabunt in dn̄o Beatꝰ
vir cuius eſt nomē dn̄i ſpes eius ⁊ nō re-
ſpexit in vanitates et inſanias falſas.
Multa feciſti tu dn̄e deus meus mirabi-
lia tua ⁊ cogitationibus tuis nō ē quiſſi
milis ſit tibi Annunciaui iuſticiā ⁊ locu
tus ſū multiplicati ſunt ſup numerū Sa
crificiū ⁊ oblationē noluiſti aures autē
ꝑfeciſti michi. Holocauſtū ⁊ ꝓ pctō nō po
ſtulaſti: tunc dixi ecce venio. In capite
libri ſcriptū ē de me vt facere volūtatē
tuā deus meus volui ⁊ legē tuā ī medio



cordis mei. Annũciaui iuſticiã tuã i eccleſia magna ecce labia mea nõ prohibebo dñe tu ſciſti. Iuſticiã tuã non abſcõdi in corde meo veritatẽ tuã ⁊ ſalutare tuũ dixi. Non abſcondi miſericordiam tuaʒ ⁊ veritatem tuam a conſilio multo. Tu auteʒ domine ne longe facias miſerationes tuas a me miſericordia tua ⁊ veritas tua ſemper ſuſceperũt me. Quoniã circundederunt me mala quorum nõ eſt numerus cõprehẽderũt me iniquitates mee ⁊ non potui vt viderẽ. Multiplicate ſũt ſuper capillos capitis mei ⁊ cor meũ dereliquid me. Complaceat tibi dñe vt erues me dñe ad adiuuandũ me reſpice. Confundantur ⁊ reuereantur ſimul qui qrũt animã meã vt auferant eã. Conuertãtur retrorſuʒ ⁊ reuereantur ſimul qui volunt michi mala. Ferant confeſtim confuſionẽ ſuam qui dicunt michi euge euge. Exultent ⁊ letentur ſuper te oms querentes te: ⁊ dicant ſemp magnificetur dñs qui diligunt ſalutare tuũ. Ego aũt mendicus ⁊ pauper ſum dñs ſollicitus eſt mei. Adiutor meus et protector me⁹ tu es de⁹ meus ne tardaueris. Requiẽ etnã dona eis dñe: ⁊ lux ppetua luceat eis. V. Complaceat tibi dñe vt erues me dñe ad adiuuanduʒ me reſpice. V. Sana.



Hic incipiũt figure noui teſtamẽti ſcʒ apocalipſis btĩ iohannis



Et vidi de mare beſtiã aſcendentẽ habentem capita ſeptem et cornua. ⁊c. Apo. xi





Beatus qui intelligit ſup egenum et
pauperem in die mala liberabit eū
dominus. Dominus conſeruet eum ꝛ vi
uificet euȝ ꝛ beatū faciat eū ītra ꝛ nō tra
dat eū in animaȝ inimicoꝛuȝ eius. Do=
minus opem ferat illi ſuper lectum dolo
ris eius vniuerſum ſtratū eius ꝟſaſti ī in
firmitate eius. Ego dixi dñe miſerere
mei ſana animā meā quia peccaui tibi
Inimici mei dixerunt mala michi quan
do moꝛietur ꝛ peribit nomē ei⁹ Et ſi in
grediebatur vt videret vana loquebat
coꝛ ei⁹ congregabit iīquitatē ſibi. Egre
diebatur foꝛas ꝛ loquebatur in idipſum
Aduerſum me ſuſurabant omnes inimi
ci mei aduerſum me cogitabant mala mi
chi. Verbum iniquū conſtituerūt aduer
ſū me nūquid qui doꝛmit non adiiciet vt
reſurgat. Etenī homo pacis mee in quo
ſperaui qui edebat panes meos magnifi
cauit ſuper me ſupplantationē Tu autē
dñe miſerere mei ꝛ reſuſcita me ꝛ retribu
am eis. In hoc cognoui qm̄ voluiſti me
quoniam non gaudebit inimicus me⁹ ſu
per me. Me aūt ꝓpter innocentiā meam
ſuſcepiſti ꝛ confirmaſti me in conſpectu
tuo ineternū. Requiē eternam dona.
Sana domine animā meam quia pecca=
ui tibi. An. Sitiuit. Pſalmus.

Quēadmodum deſiderat ſeruus ad fontes aquarum ita deſiderat anima mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū quando veniam ⁊ apparebo ante faciē dei. Fuerūt michi lachrime mee panes die ac nocte dū dicit michi quotidie vbi ē de⁹ tu⁹. Hec recordatus ſū ⁊ effudi ī me aīaʒ meā: qm̄ tranſibo ī locuʒ tabernaculi admirabilis vſqʒ ad domū dei. In voce exultationis ⁊ cōfeſſionis ſonus epulantis. Quare triſtis es aīa mea: ⁊ quare cōturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei ⁊ deus meus. Ad me ipſum anima mea conturbata eſt propterea memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermonii a monte modico. Abyſſus abyſſū inuocat in voce catharactaꝝ tuaꝝ. Omnia excelſa tua ⁊ fluctus tui ſuper me tranſierūt. In die mandauit dominus miſericordiā ſuā ⁊ nocte canticum ei⁹. Apud me oratio deo vite mee dicā deo ſuſceptor me⁹ es. Quare oblitus es mei ⁊ quare cōtriſtatus incedo dū affligit me inimic⁹. Dū confringuntur oſſa mea exprobrauerunt michi qui tribulant me inimici mei. Dū dicunt michi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus. Quare triſtis es anima mea ⁊ quare conturbas me. Spera in deo qm̄



Miſit deus angelum ſuum iohāni deſcrib.. et mitte ſeptē eccleſiis i.



Epheſo ſymirne pergamo thiatyre ſardi et laodi. Apocalipſis p̄mo



adhuc confitebor illi ſalutare vult⁹ mei
⁊ deus meus. R. equiē eternā. a. Sitiuit
aīa mea ad deū fontē viuū quando veniā
⁊ apparebo ante faciē dñi. ℣. Ne tradas
beſtiis animas confitētes tibi. ℟. Et
aīas pauper̄ tuor̄ ne obliuiſcaris ī finē.
Pater nr̄. Lectio ſeptima.

Spiritus meus attenuabitur dies
mei breuiabuntur ⁊ ſolū michi ſup
eſt ſepulchrū. Non peccaui ⁊ in amaritu-
dinibus moratur oculus meus. Libera
me dñe ⁊ pone me iuxta te ⁊ cuiuſuis ma
nus pugnet contra me. Dies mei tranſie-
runt cogitationes mee diſſipate ſunt tor
quentes cor meū. Noctē verterūt in diē
⁊ rurſū poſt tenebras ſpero lucē. Si ſu-
ſtinuero infernus domus mea eſt ⁊ in te-
nebris ſtraui lectulū meū. Putredini di
xi. Pater meus es mat̄ mea ⁊ ſoror mea
vermibus. Ubi eſt ergo nunc p̄ſtolatio
mea ⁊ patiētia mea tu es dñe deus meus
℟. Peccantē me quotidie ⁊ non me pe
nitētē timor mortis conturbat me. Quia
in īferno nulla eſt redēptio miſerere mei
deus ⁊ ſalua me. ℣. Deus in nomine tuo
ſaluum me fac ⁊ in virtute tua libera me
Quia in inferno. Lectio. viii.

Pelli mee conſumptis carnibus ad-
heſit os meū ⁊ derelicta ſūt tantū

modo labia circa dentes meos Miſeremi
ni mei miſeremi mei ſaltē vos amici mei
quia manus domini tetigit me. Quare
perſequimini me ſicut deus ꝛ carnibus
meis ſaturamini? Quis michi tribuat vt
ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det
vt exarētur in libro ſtillo ferreo aut plū
bi lamina vel celte ſculpantur in ſilice?
Scio eniꝫ ꝙ redēptor meꝰ viuit ꝛ i nouiſ
ſimo die de trā ſurrecturꝰ ſū ꝛ rurſū circū
dabor pelle mea ꝛ in carne mea videbo
deuꝫ ſaluatorē meū. Quem viſurus ſuꝫ
ego ipſe ꝛ oculi mei conſpecturi ſunt ꝛ nō
alius. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu
meo. ℟. Domine ſecundū actuꝫ meū no
li me iudicare nichil dignū in conſpectu
tuo egi ideo deprecor maieſtatē tuā: Ut
tu deꝰ deleas iniquitatē meā. ℣. Ampli
us laua me dn̄e ab iniuſticia mea ꝛ a deli
cto meo munda me. Ut tu deus deleas
iniquitatē meam. Lectio. ix

Quare de vulua eduxiſti me qui vti
nam cōſūptus eſſē ne oculus me vi
deret. Fuiſſem quaſi non eſſē de vtero
tranſlatus ad tumulū. Nunquid nō pau
citas dieruꝫ meoꝝ finietur breui? Dimit
te ergo me domine vt plangaꝫ paululuꝫ
dolorē meuꝫ anteꝗ̄ vadaꝫ ꝛ nō reuertar
ad trā tenebroſā ꝛ opertā mortis caligie



Et i medio ſenio
rum agnum ha
bentem ſeptē cor
nua. Apo. v.



Poꝰ hec vidi tur
bam magnam ꝛ
palme in mani
bus eorum. Apo
calipſis. 7.



Terrā miſerie ⁊ tenebrarum vbi vmbra
mortis ⁊ nullus ordo ſed ſempitern⁹ hor
ror inhabitās. ℟. Libera me dn̄e de viis
inferni Qui portas ereas confregiſti ⁊ vi
ſitaſti infernuȝ ⁊ dediſti eis lumē vt vide
rant te Qui erant in penis tenebrarū. ℣.
Clamantes ⁊ dicētes aduenisti redēptor
noſter. Qui portas ereas cōfregiſti ⁊ viſi
taſti infernū ⁊ dediſti eis lumē vt viderāt
te. Requiem eternā dona eis domine: ⁊
lux perpetua luceat eis. Qui erant in pe
nis tenebrarū. ℟. Libera me domine de
morte eterna in die illa tremenda. Quan
do celi mouendi ſunt ⁊ terra. Dum vene
ris iudicare ſecu.ū per igneȝ. ℣. Tremēs
factus ſū ego ⁊ timeo dum diſcutio vene
rit atqȝ ventura ira. Quando celi mouē
di ſunt ⁊ terra. Vſus. Dies illa dies irecca
lamitatis ⁊ miſerie dies magna ⁊ amara
valde. Dum veneris iudicare ſeculū per
ignem. Vſus. Requiē eternam dona eis
dn̄e ⁊ lux perpetua luceat eis. ℟. Libera
me domine de morte eterna in die illa tre
menda. Quando celi mouendi ſunt ⁊ ter
ra. Dum veneris iudicare ſclm p ignem.
In laudib⁹. ān. Exultabūt. Ps.
Ⓜ Iſerere mei deus ſecundū magnā
miam tuā. Et ſecūdum multitudi
nem miſerationum tuarum dele iniquita

tem meã Amplius laua me ab iniquitate
mea ⁊ a pctõ meo munda me Qm̃ iniqui
tatẽ meã ego cognoſco ⁊ pctm̃ meũ ↄtra
me eſt ſemp. Tibi ſoli peccaui ⁊ malum
corã te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus
tuis ⁊ vincas cũ iudicaris Ecce enĩ ĩ iniqui
tatibꝰ conceptꝰ ſũ ⁊ ĩ pctĩs ↄcepit me mr̃
mea. Ecce enĩ veritatẽ dilexiſti incerta et
occulta ſapiẽtie tue manifeſtaſti michi
Aſperges me dñe yſopo ⁊ mũdabor laua
bis me ⁊ ſup niuẽ dealbabor. Auditui
meo dabis gaudiũ ⁊ leticiã ⁊ exultabũt
oſſa humiliata. Auerte faciẽ tuã a pctĩs
meis ⁊ oĩs iniquitates meas dele. Cor
mundũ crea in me deus ⁊ ſpm̃ rectuꝫ ino
ua in viſceribꝰ meis Ne ꝓiicias me a fa
cie tua ⁊ ſpm̃ ſctm̃ tuuꝫ ne offeras a me
Redde michi leticiã ſalutaris tui ⁊ ſpũ
pricipali ↄfirma me Docebo iniquos vias
tuas: ⁊ impii ad te ↄuertent. Libera me de
ſanguinibus deus deus ſalutis mee ⁊ ex
ultabit lingua mea iuſticiam tuaꝫ Dñe
labia mea aperies ⁊ os meum annuncia
bit laudem tuã Qm̃ ſi voluiſſes ſacrifici
um dediſſem vtiqꝫ olocauſtis non delec
taberis Sacrificiuꝫ deo ſpiritꝰ ↄtribula
tus cor contrituꝫ ⁊ humiliatuꝫ deꝰ nõ de
ſpicies Benigne fac dñe ĩ bõa voluntate
tua ſyõ vt edificẽt muri hieruſaleꝫ Tunc



Et ãgelo epheſi
ſcribe hec dicit q
tenet ſep̃tẽ ſtellas
ĩ dextera ſua qui



ambulat ĩ medio
ſeptem candela
brorum aureoruꝫ
in cuius ore gladi
us ⁊ ro [illegible] mo





acceptabis ſacrificiũ iuſticie oblationes
⁊ olocauſta tunc iponẽt ſup altare tuum
tulos. Requiẽ eternã dona eis dñe ⁊ lux
perpetua luceat eis. an. Exultabunt do
mino oſſa humiliata. an. Exaudi. ps.
TE decet hymnus deus in ſyon ⁊ ti
bi reddetur votũ i hieruſalẽ. Exau
di deus orationẽ meã: ad te oĩs caro ve
niet. Verba iniquorum pualuerunt ſup
nos ⁊ ipietatibus noſtris tu propiciabe
ris. Beatus quẽ elegiſti ⁊ aſſũpſiſti iha
bitabit in atriis tuis. Replebimur i bo
nis domus tue ſanctũ eſt tẽplum tuũ mi
rabile in equitate. Exaudi nos deus ſa=
lutaris nr̃ ſpes omniũ finiũ terre ⁊ i ma
ri longe. Preparans montes in virtute
tua accintus potentia qui conturbas pro
fundũ maris ſonũ fluctuũ ei⁹. Turba
buntur gentes ⁊ timebunt qui habitant
terminos a ſignis tuis exitus matutini ⁊
veſpere delectabis. Viſitaſti terrã ⁊ iebria
ſti eã multiplicaſti locupletare eã. Flu
men dei repletũ eſt aquis paraſti cibum
illoꝝ quoniã ita ẽ pparatio eius. Riuos
eius inebrians multiplica genimina eius
in ſtillicidiis eius letabit̃ germinans.
Bñdices corone anni benignitatis tue ⁊
cãpi tui replebuntur vbertate. Pingue
ſcẽt ſpecioſa deſerti ⁊ exultatione colles



accingētur. Induti ſunt arietes ouiuz ꝛ valles abūdabūt frumēto clamabūt etei hymnū dicēt. Requiē eternaz. ℣. Exaudi deus oratione mea ad te omis caro veniet. Aña. Me ſuſcepit. Pſalm⁹

Deus deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aīa mea quā multipliciter tibi caro mea. In terra deſerta inuia ꝛ inaquoſa ſic i ſancto apparui tibi vt viderē virtutē tuā ꝛ gloriā tuā. Quōm melior ē mīa tua ſup vitas labia mea laudabunt te. Sic bñdicā te in vita mea ꝛ i nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe ꝛ pinguedine repleatur aīa mea ꝛ labiis exultationis laudabit os meū. Si memor fui tui ſup ſtratū meuz in matutinis meditabor in te quia fuiſti adiutor meuſ. Et i velamēto alaꝝ tuaꝝ exultabo adheſit aīa mea poſt te me ſuſcepit dextra tua. Ipſi vo inuanū q̄ſierunt aīaz meā introibunt in iferiora trē tradentur in man⁹ gladii partes vulpiū erunt. Rex vo letabit in deo laudabuntur oms qui iurant i eo quia obſtructū eſt os loquētiū iniqua

